



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon
nouationes Libellus**

Vincentius <Lerinensis>

Venetijs, 1549

De matrimonio 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-36089

rali & à diuina discrepat. Alioqui enim non cōmemoraren-
tur in libris Numerorum, Iosue, Iudicum, Regum, & Ma-
chabæorum multa bella, quæ ex diuina ordinatione gesta
sunt. Scriptis præterea per Apostolum & alios sanctos ui-
ros hæc propositio obuiat, atq; hæresi consentanea est pau-
perum de Lugduno & Lutheri. Neq; scriptorem excusat
quod adijcit, quæ poterit esse posthac causa, ut homo chri-
stianus iniuriam iniuria repellat: cum in præcedenti parte
clare tradat, simpliciter non licere nos armis defendere, aut
uim ui propulsare. Vnde manifeste colligitur sensus autho-
ris. Neq; etiam ea ratione Petrum Christus reprehendit,
quasi nunquam liceat uim ui seruato moderamine inculpa-
tæ tutelæ reijcere: sed qd' ipsum defendere niteretur perin-
de ac si aliquo Christus indigeret humano subsidio, et mor-
tem iuxta patris decretum absque contrapugnatione non
acceptaret uoluntarie.

Titulus 6. De matrimonio.

Prima propositio Erasmi. Matth. 19.

QUæ alteri uiro sui fecit copiam, iam uxor esse des-
sijt & matrimonij ius ademit sibi diuisa carne,
cum Deus unam & indiuisam esse uoluit.

Secunda eiusdem propositio.

Inter euangelicos una duntaxat causa dirimit coniugiū,
hoc est uiolata coniugij fides.

Tertia propositio eiusdem. Marci 10.

Vxor, quæ sui corporis copiam fecit alteri, iam etiam si
nō repudietur, desijt esse uxor: et maritus, qui sui corporis
copiā fecit alienæ, iam ante diuortiū maritus esse desijt.

Quarta propositio. Marci 10.

Quemadmodum ignis non est ignis, nisi caleat: ita con-

iugum non est coniugum, nisi ex duobus fiat unus ex tribus aut quatuor una caro fieri nō pōt. Censura.

1. COR. 7

Hæ quatuor propositiones, quatenus per eas præuidetur, matrimonium per adulterium dissolui quantum ad uinculum, hæreticæ sunt. Est enim uinculum matrimonii re diuino indissolubile, ut ad Corin. scribens Apost. demonstrat, cum inquit: His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro nō discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et rursum: Mulier alligata est legi, quāto tpe uir eius uiu. Et eadem oīno est ratio de uiro sicut de muliere, [quia eiusdem] beati Pauli sn̄a: Sicut mulier sui corporis ptātem non habet, sed uir: ita & uir sui corporis ptātem non habet, sed mulier. Tanta præterea est indissolubilitas matrimonij, ut nec per hæresim (quæ fornicatio est spūalis) dissoluatur.

Titulus 7. De fide.

Propositio prima eiusdem. Iacobi 2.

Fides quæ friget absq; charitate, nec se profert ubi res postulat, ne fides ydē est: tantū est inane fidei nomen.

Propositio eiusdem secūda. Iacobi 2.

Fides & charitas natura coniunctissimæ sunt, & alterū ab altero diuelli nō potest. Et paulo post: Charitas fidei comes est indiuidua.

Propositio eiusdem tertia. In Elencho.

Certum est utranq; alteri indiuiduam esse comitem.

Censura.

1. COR. 13

Hæ tres propositiones sunt hæreticæ, et sn̄æ apostolorum Pauli & Iacobi contrariæ. Paulus nanq; fidē sine charitate posse esse ostendit, cum inquit: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autē non habeam,